

*Simonis et Jude non debes currere nuda.*

IV. fol. 204. rubro, manu Sec. XIV. *Incipit scientia ad cognoscendum pericula ecclesie uniuersalis que per ypochritas pseudo predicatorum penetrantes domos et ociosos curiosos et gerouagos presentes et futuros introduci debent et de signis eorum et qualiter vitari debent et comprimi edita per episcopum* (sed hoc verbum reformatum, et fortasse olim expertum) *in scientia Theologie.* Prologus inchoat: *Sapientiam antiquorum omnium exquiret sapiens &c.* Opus ipsum in V. *Distinctiones* abit, quarum I. initium: *Prima ergo distinctione huius tractatus ad sciendum &c.* Ad calcem accedit *Signorum bonorum pseudo apostolorum ey (epi?) logacio supra dispositorum in quinta distinctione.* Autor Operis, qui taceatur, est celeberrimus ille *μωαρχουσιξ* *Guilelmus de S. Amore D. Parisinus*, a. 1272. elatus, de quo non semel *Vol. I.* dixi. Prodiit illud cum reliquis ejus *Constantiae*, ut praefertur, 1632: 4. opera *Joh. Cordesii*, qui se *Alithophilum* dixit, et quidem p. 111. tituloque *Collectionum Catholicae et Canonicae Scripturae &c.* Alium, ut vidisti, adsignat integerrimum nostrum Exemplar.

V. fol. 297. tacito Autoris nomine, qui *Augustinus* est, et praemisso textu *L. II. Retractat. c. 21.*

*Ut de opere monachorum librum scriberem &c.* sequitur hic ipse Liber, prout extat edit. *Maur. T. VI. col. 475. Iustioni tue sancte frater aureli &c.* sed deficit in Edit. C. XXX. ad verba: *se potissimum corrigendos*, et subscribit: *Explicit Liber de opere monachorum mendicantium.*

VI. fol. 308. *Dicta*, ut e calce adfumo, *felici Militi Raymundo.* Epistola illa *de cura et modo rei familiaris Bernardi in senium deducti*, qui utique *Clayevallensis* non est, sed *Silvester* quidam, ut saepius jam dictum. *Doceri petis a nobis &c.*

CCCXCIX.

Codex membranaceus germ. Sec. R. 3303

XV. Folior. 194. f. non una manu, bene tamen per duas columnas exaratus, minio distinctus et quondam Coenobii, ut praefert, *Monseensis*, seu *Lunaelacensis O. S. B.* in super. *Austria* continet *I. Gregorii M. Dialogos* vernacule redditos hoc Rubro: *Hie hebt sich an das puech der zwaier red. sand greiörgn des beilign pabst.* Ejusmodi Versio jam a. 1473. et 76. *Augustanis* typis f. prodiit. Vide tamen, quam differat a nostra.

L11 3

Codex

## Codex Editio

*Eins tags do ich mit übrigen überuallen. vnd bekümmernuß ettlicher werltlicher menschen vastt gedruckt vnd beswärt was. den wir in iren geschäften oft das müssen ausrichten. des wir nicht schuldig sein. Do gieng ich an ein haimliche stat &c.*

Omnibus perpenfis paullo vetustiorum cenfeo Versionem Codicis, ad cuius calcem habes: *Hye endt sich das puech der czwayer red Sand Gregürgen des heyligen Pabst Da man czelt nach christi gepurd Tausent vier hundert vnd drey vnd fünfzig iar Des nächsten Phincztags nach sand Erasmi tags des martirs. Pitt got für den schreiber. Quibus P. Honorius Kobalt ex oppido Aufsee a. 1709. Sententias suas lingua lat. graeca et hebraica subiecit.*

II. fol. 185. p. 2. manu recenti in margine: *Incipit Chronicon Andecense.* Ita quidem: *Hye ist czemerckben die genad die er des Heligen pergs zw Andechs der gelegen ist in obern payern auf dem ammerse von der stat czw München fünf meil in dem pistum Aufspürg. darauf sind gesezzen vor zeiten die Hochgeporen fürsten vnd Herren von Andechs &c.* In XIII. velut capita, quorum singula inscribuntur *Aliud*, distincta est haec Relatio de Stirpe Comitum de *Andechs, Dieszen, Hohenwart, Wolf-rathsbausen, Thaur &c.* fundato ab iis Coenobio O. S. B. in Monte *Andechs*, et sacris Thesauris et

*Eins tags als ich mit weltlicher leut geschäft vnd sachen gar ze vil beschwert vnd überladen was, den wir als wol kunt ist müssen ze willen werden mer dann wir schuldig sind, da sucht ich mir selbs ain haimlich stat &c.*

Reliquiis in eo depositis. Multoties haec aucta, contracta, interpolata, transposita, continuata typis prodiverunt, ut vel ex iis liquet, quae mihi videre contigit, videlicet praeter Editionem principem *Aug. Vindel.* per *Job. Bamler* 1473. f. unam *Schönspergeri* ibid. f. a. 4. unam f. et unam f. l. et a 4. unam in *Wessenprun* per *Luc. Zeissenmair* f. a. 4. duas 1572. et 1585. f. l. 4. quatuor demum *Monacenses.* 1595. 4. 1625. 4. 1657. 4. et 1682. 8. omnes lingua vernacula.

III. fol. 191. rursus a recenti manu: *Incipit Chronicon Schyr.* Nempe perantiqua illa Tabula de origine familiae Comitum et Principum *Schirensium Schirae* in capella Principum pendens, quam lego inter *Privilegia Schirensia N. 16.* in edit. *Chronici Schirensis. F. Conradi Philosophi curata a G. Christ. Joannis, Argentorati 1716.* p. 174. 4. et quae incipit: *Do man zalt von christo gepurd sibenhundert iar vnd in dem sechs vnd sechszigsten iar. da was ein pabst genant Adrianus &c.* Amplius est Exemplar nostrum non uno loco, et in fine addit, quod *Edita* non habent: *Aufge-*

*Aufgenommen Herzog Ludweig der stift fürstenveld vnd der ist da selbs pegraben. So ligt Herzog Hainreich czu Lanczbüt wegraben. Got genad ijr all sell. Amen.* Meminerunt tamen Edita paullo supra Tumuli *Ludovici Severi* in Coenobio *Fürstfeldensi* Ord. Cist. In summa totum istud Chronicon a rerum *Boicarum* studioso ad Codicem nostrum exigi mereretur.

Anticae Thecae interius praetensa est Membrana duabus angustis columnis Sec. saltem VIII. exaratis continens partem *Epistolae I. ad Corinth.* a C. 8. v. 11. ad C. 9. v. 6. Reliqua abscisa sunt. In eo, quod superest, nihil notabiliter a nostra lectione differt.

CCCC.

R. 30 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 50. f. currente calamo per duas columnas exaratus completitur Enarrationes in VII. *Psalms* vulgo dictos *de Poenitentia*, quorum cuiusvis *εισαγωγή* praemissa est, absque omni ceterum inscriptione, vel mentione Autoris. Et prima quidem orditur: *Si ille Rex et propheta conuenienter David i. e. manu fortis vocatus est quia vrsus interfecit &c.* Psalmus vero ipse: *Domine ne in furore tuo arguas me. Vides quam bonum principium quam affectuosum quam gratie plenum &c.* Extrema autem Operis sunt: *felix suavitas et suavis iocunditas, ubi tu deus cum patre et spiritu sancto viuis et regnas &c.* Primum illud prodiit *Moguntiae* typis *Jacobi Medenbach* 1495. 4.

inscriptum *Gregorio M.* deinceps *Parisiis* apud *Berth. Rembold* 1512. quam Editionem primam putavere *Mauriani*, ut adparet e *Censura* ei praefixa T. III. Opp. *Gregorii Paris.* 1705. f. p. 463. In hac porro *Censura* nituntur quidem *Mauriani* Enarrationes has S. Pontifici adferere, ita tamen, ut sub finem prudenti Lectori iudicium relinquunt. Continent enim illae maxime ad *Psalum V.* et VII. inuestivas quasdam in Principem Ecclesiae infestum, quibus motus *Petrus Guffanvillaeus* in sua Opp. *Gregorii* Editione *Paris.* 1675. f. eas potius ad *Gregorii VII.* et *Henrici IV.* Imp. tempora pertinere iudicavit. Ut vero *Gregorii VII.* stilum nobis ex ejus *Epistolis* notum non repraesentent; et *Magni ὁμοιοτελευτα* imitentur, recentius tamen quiddam *Seculo VI.* mihi spirare videntur, et vel maxime in *Prooemiis*. Ceterum inuestivas illas, quas memoravi, quasque *Mauriani* assutas suspicati sunt, etiam Codex noster habet.

Adhaeret ei Exemplar amica-bilis compositionis inter Capitulum *Wissebrad. S. Petri Pragae* initae a. 1407. *Indict.* 15. die 6. *Maji*, Pontificatus *Gregorii XII.* a. 1. cum Canonico et Confratre *Wickone de Czrucicz* in Curia *Prepositure Wis.* in *Estuario eiusdem curie ex opposito Capelle sancti Iohannis baptiste* in praesentia *Notarii Imp. Wenceslai* nati quondam *Petri de Zimmiticz* *Pragen. dioc.* Testes sunt *Mathias Subdiuisor* et *Nicolaus dictus Satrapa vicarij et ministri* dictae Ecclesiae;  
No-